G. Pietkowska Vsusfructo

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransceni[sibus] personaliter comparens Nobilis
Andreas Drzewek filius olim Nobilis Alexandri Drzewek annorum septem-
decem sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit.
Quia Generosae Christinae Markowska debita primi olim Generosi Alexandri
Drzewek secundi vero matrimonij Generosi Petri Pietkowski consorti geni-
trici vero suae charissimae Advitalitatem et Usumfructum Omnium
et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate
Drzewek consistentium haereditarys et obligatorys ac alio quovis modo
et iure titulo concernentium in Areis hortis agris pratis campis sylvis
rubetis stagnis piscinis pomarys gays aedificys Omnibus parvis
et Magnis seminatis hyemalibus et vernalibus pecoribus pecudibus
totaque substantia et suppellectili domestica Nec non subditis eorum
fundis castis censibus dierum laboribus et obedientia ac substantia
cuncta gratiis Omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis Nullis
exceptis iuxta inventarium per se conscriptum ad extrema vitae eius
tempora inscribit et assecurat Quae quidem bona ipsa Generosa Mater
sua tenebit habebit et possidebit illisque ad extrema vitae suae
tempora iure Advitalicio utifruetur Post mortem vero et de-
cessum illius Bona eadem cum Omnibus utilitatibus et attinentiis iuxta
hoc idem Inventarium in genere recognoscens seu eius successores devolvi
debent absque quavis contradictione Successorum ipsius [illegible]
Officio acceptandum ex nunc admittit

G. Jablonowski Venator T. L. Debitu

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Simon filius olim Martini
Perosz [?] de Zorowka [?] [illegible] sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognovit. Quia Generoso Stanislao Jablonowski Vena-
tori Terrae Lwowen[sis] et ipsius legitimis successoribus Octo sexagenas Polon[icales]
debiti certi et liquidi mutuatitiae pecuniae tenetur ac debere et ad pri-
mam eius requisitionem parata pecunia realiter et effective persolvere.
Nec non a mutuatione in tam stricto tempore eiusdem summae in quali-
bet septimana per duos dies laboret sua in persona quousque per-
solverit exercere se de Omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus
potentatem suam ad id de eisdem bonis onerandis submittit ac inscribit
sub vadio simili aliarum Octo sexagenarum Polon[icalium] in defectu solutionis
seu laborum non expeditionis et praetermissionis ad solvendum succum-
bendo Et coram officio iuris castren[si] Bransceni[si] in primo castrensi termino
peremptorie responsione ac reali et effectiva ab eodem officio non recedendo
tam pro vadio quam et summa essentiali satisfactione Omnibus
contrarys exceptionibus allegationibus [illegible] dilationibus quibusvis
appellationibus ac earum prosecutionibus eclypsi in universum iuris remedijs

542 121

et defensis ac legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abscindendo.

Wyszonki Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ibi comparens Nobilis Florianus olim Gaspari Wyszenski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Nobili Valentino olim Joannis Wyszenski in Wyszonki Wypychy haeredi et eius posteris bonorum partem suam mobilium in haereditate Wyszonki Wypychy consistentem in primo loco quindecim sulcos per duos stadia in transversalibus penes viam stratam Ecclesiasticam extenden. In alio loco duos sulcos ab eadem strata via ad granitiem Zalesia inter metas fratrum suorum iacen. cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. nullis exceptis in octo florenis Polon. et decem grossis Polon. hinc inde ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Mlem et Nobiles duos officii acceptandam dat et admittit. Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam eiusdem inscriptionis ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et consanguineorum per totum tempus tenutae eiusmodi cavet sub vadio simili aliorum octo florenorum Polon. ad Acta officii Castren. in primo citationis Termino peremptoria responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suos successores abscindendo.

Jakubowski Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ibi comparens Nobilis Mathias olim Francisci Jakubowski dictus Mielnicen. sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Nobili Christophoro olim Martini Jakubowski bonorum in haereditate Jakubowice consistentem in campo ad ... iacentem duos cum medio sulcos a Paseky ad ... extenden. inter metas Nobilium Thomae et Andreae Jakubowskich iacen. In alio campo ... Kamienia duos cum medio sulcos a Pozar ad viam Klonowa tenden. inter metas ut supra iacen. In tertio campo duos cum medio sulcos a fluvio Nurzec ad Dąbrówka tenden. inter metas Nobilium Pauli et Andreae Jakubowskich iacen. cum agris pratis et omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. nullis exceptis in decem florenis Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Mlem et Nobiles duos officii acceptandam dat et admittit. Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam eiusdem inscriptionis ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et consanguineorum toto tempore tenutae eiusmodi cavet sub vadio simili aliorum decem florenorum Polon. ad Acta officii Castren. Mielnicen. in primo citationis Termino peremptoria responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suos successores abscindendo.

545

Lapinski, Gasowka Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ibi comparens Nobilis Martinus olim Christophori Grochowski in Grochy et ... haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Nobili Martino olim Adami Lapinski in Lapy ... haeredi et eius successoribus

Bonorum